

sancti viri benedicere habent. et non solum sacerdotes. cuius oppositum predictum est in quadam autoritate. Et respondet quod alia est benedictio que fit ex merito sanctitatis. que quodam benedictio omnibus hominibus congruit. et alia est benedictio que fit ex autoritate ordinis que solum propter ita sacerdotibus. quam si omnes sacerdotes habeant. soli tamen boni sacerdotes dicunt eam habere qui ea recte utuntur. Subdit autem quod mala vita sacerdotum subditos non ledit. si bona faciunt que ipse dicit. Quia etiam non debent subditi vitam sacerdotis multum discutere. Postea etiam aliter obicit contra dicta. quod etiam dominus per prophetam comminatur malis sacerdotibus. quod male diciturus sit benedictionibus eorum. et specialiter illis sacerdotibus qui vivificant animas que non vivunt et mortificant animas que non moriuntur. Postea quidem solvit et dicit ad hoc secundum quosdam quod illa intelligunt de sacerdotibus prescisis ab ecclesia vel etiam de illis sacerdotibus qui sine scientia bona vita presumunt solvere et ligare. Debet etiam sacerdos immunis esse ab omnibus hijs que mala indicat. Postea etiam occasione huius inducit quosdam autoritates quibus ostendit qualis debet esse sacerdos qui solvit et ligat. Debet etiam sacerdos ille esse iustus in vita et similiter discretus in scientia. Ultimo quidem ponit expositionem illius Malachie. Maledicam maledictionibus vestris. secundum beati Gregorii duplicem. Prima quidem est quod benedictio malorum sacerdotum eis convertatur in maledictionem. Secunda quidem est quod in multis inique agentibus benedictio mali sacerdotis adulando illis quos non benedicit. Et tamen in speciali.

**S**equitur distinctio. xx.

**S**ciendum est etiam quod tempus. Postquam magister legit de plenitudine et potestate ministerorum hoc sacramentum